

Christus ap-sonam hic exprimebat Christus: precipue cum ipse Pontificatus antiquus jam esset ex- rictus; & abolitus. Deinde Christus hic nec habebat superhumerales, nec rationale in pe- store, nec thiamam in capite: dicitur ergo ve- stitus podere, per quandam similitudinem ad antiquam vestem, quae erat usque ad talos de- missa: ac proinde, quae Christus hic apparuit. Sacerdotalis vestis, non secundum ordinem Aaron, ut ait Aretas, sed secundum ordinem Melchisedech in caelestibus, ut exprimitur ipse Aretas, & Andreas Caesariensis, & latius explicatur.

Primò. D. Iren. lib. 5. cap. 37. ait: Joannes Domini discipulus gloriosum regni ejus adventum videri. Describitur Christi habitus, tanquam judicis, orbem terrae in fine mundi iudicaturi, ut late explicat Cuniga; c. 4. Zacharia; apparuit Christus veste linea, juxta multos, qui habitus est iudicis. Ezech. 9. n. 2. apparuit ve- stitus lineis, seu ut Septuaginta transtulerunt, vestitus podere, habens ad renes atramentarium Scriptoris: quia omnia, quae agimus, diligenter notat, accuratè què describit, ut iudicet: ut interpretatur D. Hieron. Et cum formam iudicis assumit, mammillas lac pietatis effunden- tes habet præinctas: tunc enim severissimus suae misericordiae ubera restringit, ne fluant: & dum Christus Episcopos Asiae arguit, & reprehendit, habitum iudicis in extremo die assumit. Nil vehementius ad emendationem vite, ac ut homo respiciat, quam memoria, ac repræsentatio extremi iudicii.

Secundò. Beda: Poderis tunica, talaris dicitur, & est vestis Sacerdotalis; Christi Sacerdotium ostendit, quo se pro nobis in altare Crucis obtulit hostiam Patri. Ita Richardus de sancto Victore, Cardin. Hugo. Vestis poderis erat Summi Sacerdotis, & Christus in ara Crucis se obtulit in hostiam Patri pro nobis. At in ipsa veste Christus multum Aaroni præfertur: nam ille in veste terrarum orbem habebat de- scriptum. Sap. 18. Christus non in veste, sed in corde totum orbem habebat, pro quo passus est. Vestisque ipsa talaris erat, id est, usque ad talos se extendens, quia virtus passionis Christi ad infimos quoque infideles pertingit. Vir ille, qui in throno appharino sedebat, Ezech. 10. Christum significabat; cujus similitudo electri eras, quod scilicet vim habet paleas at- trahendi, quia Christus non solum principes, sed etiam infimos de plebe, velut electrum pa- leas, virtute suae Passionis ad se attrahit, & elevat in caelum.

Tertio Lufius Legionensis lib. de nomini- bus Christi; totam hanc visionem ad Christi ardentem charitatem refert. Quod patet ex multis circumstantiis ut ex aurichalco in cam- mino ardenti, & maxime ex ipsa veste talari in Christo, usque scilicet ad finem vite pertin- gente. Ansbertus Abbas: Vestis ei, ait, usque ad talos, fuit opus charitatis usque ad passionem moris; de cuius passione ab Evangelista præmi- ttitur, cum dilexisset suos, qui in mundo erant, in finem dilexit eos. Joan. 13. n. 2. Et vestis hy- acinthina Pontificis; ut hic notat Hugo, deor- sum ad pedes per circuitum habebat mala pu- nica mixta cum tintinnabulis. Exod. 28. n. 33. quibus denotabatur, quòd eximius Christi amor in fine vite maxime insonuit, sublimavit

ac exaltavit vocem, ut explicui de hac veste tom. 5 in Evang. lib. 7. cap. 5. quæst. 15. per totam. Quarto. Ambros. Ansbert. Una, ait, Christi & Ecclesie persona, quæ & in septem Candelabris, & in simili filio hominis constare videtur: idem enim Dominus qui vestitus podere in medio Candelabrorum apparuit, indutus est ipsa Can- delabra: quia & vestis ejus, & Candelabra unam designant Ecclesiam, quam Dominus in- dutus esse cognoscitur. Vestis hæc Christi Eccle- siam denotat: sicut & cum Janob ait in sua be- nedictione Judæ: Lavabis in vino stolam tuam, & in sanguine uva pallium tuum, Gen. 49. n. 11. Ubi per stolam, & pallium, Christi Ecclesiam interpretatur Or genes homil. 17. in Genef. D. Ambros. lib. de benedict. c. 4. D. Augustin. lib. 12. contra Faustum c. 42. Si ergo podere, id est, ipsa Ecclesia indutus est Christus, quo- modo apparet in medio Candelabrorum; id est, Ecclesiarum; qui aliqua induitur veste pro eodem cum ipsa sumitur: dicitur homo cum illa vestitus, cum illaque moraliter unus ho- mo. Merito ergo in medio Candelabrorum, id est, Ecclesiarum, simili filio hominis conspicitur, indutus podere, id est, ipsa Ecclesia: Cri- stus ita Ecclesia unitur, ut idem cum ea esse videatur. Quod optimè confirmatur ex Paulo ad Ephes. 5. n. 31. qui postquam explicavit ma- trimonium viri cum uxore, ait: Erunt duo in carne una: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & Ecclesia. Ubi nobis maxime declaratur summa unitas Christi cum Ecclesia, tanquam sint unum Chrylostom. ho- mil. 20. in Epist. ad Ephes. Ipse relicto Patre descendit, & ad sponsam venit, & factus est in Spiritum unum.

Quinto. Haymo: Quæ vestis usque ad pedes tetendit, quia usque ad novissima membra fide- lium Ecclesia in fine sæculi duratura est. D. An- selmus Laudunens. Talaris est, quia in fine sæ- culi permanet. Vestis hæc Ecclesiam designat, quæ est Christi indumentum ac ornamentum: juxta illud Isai. 49. n. 18. Vivo ego dicit Domi- nus, quia his omnibus velet ornamentis vesteris. Sed quæ convenientia hujus tunice talaris cum Ecclesia? multa sanè; sicut enim hæc tu- nica usque ad talos demittitur, sic Ecclesia us- que ad finem saeculorum permanebit: sic fir- miter fundata est super petram, Et adversus eam porta inferi non prevalebum, Matth. 16. Sextò. Viegas hic sect. 4. & multi alii per hanc vestem poderis, justitiam, ac sanctitatem Christi interpretantur, juxta Isai. 61. num. 10. Indumento justitia circumdedit me. Cui cohaeret Eccles. 27. num. 9. Si sequeris justitiam, apprehen- dendes illam, & indues quasi poderem honoris. Sed cur hæc vestis talaris sanctitatem exprimit potius, quàm quælibet alia? Merito insigniter hæc symbolum sanctitatis est; quia sicut hæc totum hominem cooperit, etiã usque ad talos, nil in corpore nudatum relinquit, sic sancti- tas Christi totum ipsum omnimodè circum- cingit, ac undique mirificè exornat. Pro quo fa- cit id quod D. Greg. l. 10. Moral. c. 18. ad illa verba Job. 29. Justitia indutus sum, docet: Ves- timento, cum vestimur, ex omni parte circumda- mur; ille ergo justitia, sicut vestimento, vestitur qui se undique bono opere protegit, & nullam partem actionis suae peccato nudam relinquit; nam

371. Ansbert.

375. In sanctitate, ac justitia perseveran- dum usque ad finem. D. Greg. Gen 27.

376. D. Eligius

377. D. Ambros.

378. D. Chrysol.

379. Haymo. D. Anselm.

Isai. 49.

377. Exod. 28.

Pontifex sic constans in recte agendo. Philo.

D. Greg.

QUÆSTIO XLIX.

Quare Christus apparet præinctus ad mammillas; cum alii, ut Elias, Ba- ptista, cingerentur ad renes?

DE Christo hic testatur Joannes appa- ruisse præinctum ad mammillas, in quo declaratur suprema ejus Pontificia digni- tas, in qua Christus se hic manifestavit, ut dixi superiori q. 365. Nam Pontifex inter alios Sacerdotes aliis se cingebat, ita ut dicat Jo- sephus lib. 3. Antiq. c. 10. lineam vestem ac- cingi solitum circa pectus paulò axillis infe- riis; & D. Hier. Epist. 128. ad Fabiolam: Bal- theo, ait, cingebatur tunica linea inter umbilicum & pectus. Ex quo Turnebus lib. 15. advertunt, mo em aliis se cingendi proprium fuisse Pon- tificis, ut per hoc denotaretur, eum præ cæte- ris maxime promptum, & paratum ad omne Dei obsequium. Christus autem hic apparet præinctus ad mammillas, inter quas sedes cor- dis est; quia & cor ejus plenum erat charitate, & constringebatur maxime amore sui Aeterni Parentis, ad ejus obsequium; ac etiam amore hominum, ad eorum vitam, & salutem procura- randam. Secundò. Cinguli imago ad castitatem per- tineat, ex D. Greg. homil. 13. in Evang. Ad con- tinentiam ab amore saecularium honorum, ex D. Augustin. lib. 2. quæst. Evang. cap. 15. Ad ex- peditionem ab impedimentis lascivæ vitæ, & implicitæ negotiis, ex Tertullian. lib. 4. contra Marcionem cap. 29. Ad promptitudinem ad omne opus bonum ex D. Cyrillo Alexand. in Catena D. Thomæ ad cap. 12. Luc Hinc Pon- tifex x aliis cæteris cingebatur; quia cum ipse in alicui dignitate eminere, aliis hæc omnia in Dei obsequio debet præstare; nam quòd quis aliis de dono accipit, tantò altius debet esse in munere persolvendo, quòd apertè ei in- titimatur ex cinguli situ, ac altitudine: Nam si cingulum probitatem, ac continentiam adum- brat; aliis ergo accingendi imago altiorum virtutum, majoremque puritatem, ac morum integritatem denotat in Pontifice, ac Præfule. Unde de principe ait Vincentius Ferreira: De- bet, quidquid in cæteris pulchri, honestique est, id omne solus ipse in seipso præstare. Tertio. Christus hic apparet præinctus tan- quam ad pugnam. Totus hic Christus ostende- batur amore inflammatus, ut tendens in pu- gniam. Præcingere enim, signum militare est: Hinc Romani, cum milites initiabantur: statim cingulo cingebantur. Et de Christo Domino ait Regius Vates Psal. 92. n. 1. Dominus regna- vit, decorem induit; induit est Dominus forti- tudinem, & præcinxit se. Cajetan. Præcinxit se ad pugnam pro suis. Et nota, quòd tunc dicitur, decorem induit: nil enim magis de- corum Regi, quàm pro suis pugnare. Christus hic apparebat totus amore actvans: Oculi ejus, flamma ignis; pedes ejus similes aurichalcho in camino ardenti, Tunc Rex maxime amore in- flammat; quando in pugnam exit pro suis.

qui in quibusdam actionibus justus est, in aliis injustus; quasi hoc latu cooperit, illud nuda- vit.

Septimò. Est etiam hæc vestis, quæ Christi sanctitatem, ac justitiam denotabat, talaris us- que ad pedes, ut exprimat perseverantiæ Sym- bolum, usque ad finem. Quod expendit D. Greg. lib. 1. Moral. cap. ult. expendens, cur inter omnes fratres, Joseph tunica talari in- duitur à Patre: Pater ei tunicam polimitam, gen. 27. n. 3. & iterum: Nudaverunt eum tunica tala- ri, & polymita. Ibidem n. 23. Solus enim Joseph integritatem vite cum puritate morum usque ad finem conservavit. Sic ait Sanct. Pater: Quid enim est talaris tunica, nisi actio consummata? quasi enim talaris tunica talum corporis aperit, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vita ter- minum nos regit. Hinc est, quòd Joseph hanc pretiosam vestem, cum exit in campum, ac vias agrestes, non deponit, sed secum desert; ut ponderat D. Eligius Noviomensis Episcop. hom. 11. ad penitentes.

decantat Regius Vates Psal. 91. num. 13. Instus ut palma florebit. Cur justus cum palma confertur? Palchre, ac eleganter D. Ambros. lib. 1. Exam cap. 17. Sic ait: Servan; indumen- tum suum semper olea, vel pinus; sed ramens folia sua sepe commutari; nec ea quasi diurna, sed quasi succedentia præcedant sua arboris pulchri- tudini, perpetui integritate vestitur, ut numeris obumbrantes. Palma autem virens semper ma- net, conservatione, & diuturnitate, non immu- ratione foliorum. Nam qua primo geminaverit folia, ea sine ulla substitutione successione con- servat. Imitare ergo eam, ô homo, serva viri- ditatem pueritiae tuæ, & illius innocentia naturalis, quam à primordio receperis, ut folium tuum non defluat. Huc tendant omnes hominis conatus, ut palmam imitentur: nam & si aliqua arbo- res, ut oliva, semper virides perseverent, ta- men folia, quædam vetera amittunt, & alia nova succedunt: At palma semper suum pri- mum fo iorum indumentum, quod à primor- dio habuit usque ad extremum conservat nil illo veterasci; ac aridum fieri sinens: tales & si t homines, ut suæ virtutis indumentum re- tineant usque ad extremum, & ita ut omnem nesciat vetustatem sed semper quasi novo, ac recenti studio illud possideant.

Præcepit deus Moysi, quòd rationale Summi Pontificis, quadrangulum erit, & duplex: mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine, Exod. 28. num. 16. Sed cur non erat rotundum sed quadrangulum? In rationali exprimebatur Charitas: nam in eo erant scripta nomina filiorum Israël: inde pro majori firmitate ad ornamentum Pontificis, quadrangulum præscribitur. Philo libro 3. de Moys. Pulchre, ait, subindicans oportere ratio- nem, tam naturam, tum hominis, inconcussam esse, ac solidam. Nam quòd quadratum est, am, ac stabile consistit.

378. Pontifex al- rius cingebat- tur.

Joseph. D. Hieron. Turnebus. Sigonius.

379. D. Greg. August. Tertull. D. Cyr. al.

Prælati in virtute omni- bus aliis sic excellunt.

380. Reges decori pro suis pug- nant.

Psal. 91.

Verus Regum amor in pu- gnam exit pro suis.

Nato Domino apparet Angelus dans nuntia Pastribus; & statim subdit D Luc 2. n. 13. Facta est cum Angelo multitudo militum caelestium...

Quarto. Ansberrus: Illa praecinctio non ad caput, sed ad membra redigitur. Sicut per cingulum ad renes in veteri testamento restrictio carnalis luxuriae designabatur...

Christus in se ostendit, quales nos esse debemus. Halm. 25. Ezech. 25. Quinto. Ad eadem verba Ansberrus: Illa praecinctio non ad caput, sed ad membra redigitur...

Principes in se ostendat non solum subditorem. D. Gregor. Sexto. D. Gregor. Magni lib. 21. Moral cap. 2. sic ait: Angelus, qui Joannem alloquitur, zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur...

corpore aereo apparebat, & licet liber sit, ut appetitu tangatur, ac in libidinis periculum incidat, tamen ut non ex carne & sanguine compositus doceat cautelae circumspeditionem...

Septimo. Richardus de Sancto Victore: In veteri testamento, ait, visus est Angelus prope cinctus renibus, quia ibi carnis opera expressus prohibebatur. In novo autem Joannis visus est Angelus praecinctus ad mammillas, quia nunc vel ipsa cogitationes illicitae manifeste referantur...

Joannes circa lumbos astringebatur; & Dominus apud Daniel, circa renes: At vero modò Christus ad mammillas praecingitur? In Joanne lex vetus figurabatur, sicut in Domino apud daniel, in qua ut imperfecta, maxima illius sollicitudo, ac expressior cura erat in coercenda libidine...

Et quamvis modò in Evangelio superior sit gratia, & Dei auxilio robustiores vires ad puniendum tamen inter luxuriam, ac alia crimina hoc est discrimen, ut libidinis inquinamentum robustissimum maximo sit in timore. Job ille fortissimus athleta, qui contra tot impugnamenta Satanæ invictus extitit, de se dicebat cap. 31. n. 1. Pepigi foedus cum oculis meis, ne cognarem quidem de virgine...

Mandat Deus Saül pugnare adversus Amalec, dicens ei: Nunc ergo evade, & percute Amalec, & demolire universa ejus: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem, & parvulum a quo lactentem: bovem & ovem, camelum & asinum. 1. Reg. 15. n. 3. Nonne satis erat, viros perimere, cur nec una mulier, nec unus infans unius diei à miseratione vacuus erit?

Quarta superstes sit? D. Greg. lib. 6. in exposit. in 1. Reg. cap. 1. ait: Superius Amalec luxuria vitium designa e diximus. Ideo omnia illius sunt de medio tollenda: in re libidinis sive magnum, sive parvum non est sustinendum, sed omnino perimendum: sive sit magnum in opere, sive parvum seu lactens in cogitatione...

QUESTIO L.

Quid mammilla significant?

Primo. d. August. seu potius Ticonius, Aretas, & alii hoc loco per mammillas interpretantur duo testamenta, quae de pectore Salvatoris, tanquam de perenni fonte manant, ut populum Christianum nutrant, & reficiant in vitam aeternam. In suo dilecto sponso Christo sponsa mammillas, seu ubera agnoscit; dicens Cantic. 1. num. 2. Meliora sunt ubera tua vino. Vinum optimum, & suavissimum est, cur ubera ei praefertunt? Per vinum humanae delectationes interpretantur, ut docet d. Ambros. serm. 1. in Psalm. 118 vel etiam scientiae, quae homines spiritualiter multoties inebriant, ut Auctor est d. Gregor. Nisfenus homil. 1. in Cantic. ecce cur ubera sponsi vino praefertunt: nam lac scripturae in utroque testamento ab ejus uberibus manans excelsentius, & suavius est omnibus hominis delectationibus, ac scientiis. Philo Carpath. Vi duo affixa cor ambiunt, ita & duo testamenta ex Spiritu sancto, spirituales nobis poitionem, Divini lactis instar, effundunt, nosque super delectationes omnes humanas sanctissime laetificam, atque tuentur.

Secundo. Pannonius: Hujus, ait, duo ubera, sunt duo praecepta charitatis, quibus Deum diligere super omnia jubemur, proximum sicut nos: in pectore ubera pendunt, & charitatis gemina sedes est in corde, quod sub clauetro pectoris delitescit. Alii accinguntur ad renes, ut notavi superiori quaest. Ait Christus hic apparet succinctus ad mammillas: nonne haec duae sunt, quia duo sunt praecepta dilectionis, dei nempe, ac proximi, quibus Christus summè astringebatur in negotio nostrae salutis? Praefata verba Cantic. 1. n. 2. Meliora sunt ubera tua vino; Omnes ferè Hebraei sic legunt: Meliores sunt amore tui vino. Unde hac ubertate, ac dulcedine uberum Christi satiata sponsa plurimum, audebat pro suo dilecto in certamine stare: quae est observatio d. Bernardi serm. 9. Tu fecisti, ait, o sponsa, qui in dulcedine uberum tuorum tanta me dignatione lactasti: quatenus omni metu depulso, audentius plus forte, quam expediat.

Tertio. Viegas. Per has duas mammillas, duo universalia deo attributa, scilicet misericordiam in pios, & justitiam in impios interpretatur: etenim in omnibus dei operibus, misericordiam, & justitiam reperiri docet d. Thomas 1. p. q. 1. art. 4. de dextero misericordiae ubere fugitur lac indulgentiae, de sinistro lac corruptionis; hoc durius, illud suavius utrumque infantibus salutare.

Quarto. Pererius. Duae mammillae, ait, sunt, mens, & voluntas, haec cincta est auro sapientiae, illa charitatis; utraque lac praebet tum doctrina per praedicationem, tum gratia per Sacramentorum administrationem. Unde ait divus Gregorius libro 34. Moral. cap. 8. Zonam auream circa mammillas habere, est cunctis